



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus**

**Mansi, Giuseppe**

**Francofurti ad Mœnum, 1693**

Cap. III. Cum Ecclesiastici majus à Deo habeant lumen, ac præ cunctis aliis majori afficiantur honore, eo quoque graviora sunt eorum peccata, ac pœna illis debita irremissibilior

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38106**

Dei, abhorreantque ab omni rerum spiritua-  
 lium studio, ac exercitio. Quandoquidem  
 Ecclesiastici (sicuti dicit S. Hilarius in Ps. 138.)  
 sint oculi Ecclesiæ, non debent multum  
 sese immiscere ac occupare negotiis terrenis,  
 uti enim corporalis oculus omni pulveris  
 atomo aut læditur, aut obfuscatur, ita quo-  
 que sacri ministri, per nimiam rerum tem-  
 poralium applicationem perdunt vivum lu-  
 men, ac fixam Dei cognitionem in cultu di-  
 vino, ejusdemque mysteriis sacrosanctis:  
*Ingenti periculo sacerdotes, qui Ecclesia oculi  
 sunt, negotiis sæculi occupantur, &c. Cer-  
 tum enim est, quod, de mundano pulvere  
 eorum corda & oculi sordescant.*

## Caput Tertium.

*Cum Ecclesiastici majus à Deo habeant lu-  
 men, ac præ cunctis aliis majori afficiantur  
 honore, eò quoque graviora sunt illo-  
 rum peccata, ac pœna illis debita  
 irremissibilior.*

Seriam, maturamque merentur reflexio-  
 nem illa Pontificalis Romani verba in Or-  
 dinatione sacerdotis: *Cum magno timore ad  
 tantum gradum ascendendum est: Cujus ra-  
 tio,*

tio est illa, quam allegat S. Gregorius  
 homilia nona in evang. quam sapienter  
 in Matutino officio canonico recitamus. *Cre-  
 augeantur dona, rationes etiam crescunt dan-  
 rum, & pro ampliore nostra instructio-  
 deinde subjungit, ne nos qui plus ceteris ac-  
 pisse in hoc mundo aliquid cernimur, ab ante-  
 re mundi gravius inde judicemur.* Quis  
 qui pondere Sanctuarum audeat librare, qui  
 tum Altissimus dederit sacerdotibus, de  
 iisdem plus dare non potuit, quam ante  
 pretiosi sui sanguinis lytro redemptas,  
 cum iis seipsum? *Quanto majus suscipit  
 ditum (est monitum sancti Petri Chryso-  
 sti ser. 26.) tanto majus debitum se non  
 tat redditurum: Contra nos ergo singulis  
 suas per tentationes, victoriae vexillum  
 erigere Dæmon; communem averfatur  
 beculam, primos, altioresque Cleri  
 aggreditur, dedignatur leo ille infernalis  
 qui omnes, *circuit, quærens quem de-  
 insatiabilem suam explere sitim sanguinis  
 nocentium caprarum, ferocium ac majorem  
 ferarum ambit, affectatque cruorem, ut  
 eum poeta Martiali dicere possem:**

*Servantur magnis illis cervicibus un-  
gues,  
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.*

Hæc prophani Martialis verba sacrantur, pondusque accipiunt à gravissima sancti Hieronymi auctoritate: *ad Eustoch. de Virg. servan. Escæ Diaboli, escæ electæ sunt. Job subvertere capit, & devorato Juda, ad eribrandos Apostolos expetit potestatem; atque huic simile dicit S. Hilarius: in cap. 4. Matth. Victoria est ei exoptata de Sanctis.* Hoc ipsum quoque insinuare volebat Job, dum loquens de monstro hoc infernali hæc capite 40. v. 18. registrata reliquit: *Habet fiduciam, quod insinat Jordanis in os ejus; & quod hoc verum sit, attendite: Triginta expectat annis antequam cum Christo, primo Duce ac Capitano nostro in arenam descenderet, ipsoque eodem fermè tempore concertare cœpit, quando æternus Pater ipsum suum declaravit esse filium, & Spiritus Sanctus super eum descendit, hæcque omnia pro nostra instructione, ut sciamus quod tunc amplius debeamus esse solliciti; atque anxius timere, postquam per Episcopi manuum impositionem collatus nobis est Spiritus*

N 5

San-

Sanctus, cum dicto : *Accipe Spiritum Sanctum.* Atque ut in hoc tam utili, quam proposito ac fundato conceptu pergam ulterius. Quod detulit tentator ille vaferrimus Salvatorem nostrum, ac sacerdotem æternum, sese præcipitem daret : *Mitte te deorsum.* Supra altissimum templi pinnaculum, ut omnes intelligant Ecclesiastici, antiquum versarium nostrum neminem tentare fortius, acriusque instare, ut se præcipitem daret, quam illos, qui sublimi templi pinaculo sunt collocati, magisque, aut per dignitatem, aut per sapientiam, aut sanctitatem vel venerationem eminent, ac sunt conspicui, optimè sciens, quod dum aliquis in lapsum potest pertrahere, illum solum cadere, verum ad instar Luciferi, secum trahere tertiam partem minus cautorum ac peccatorum sæcularium : *Quanto altius ascendit homo, tanto altius cadet. Quid altius de caelo? De caelo cadet in cælestibus, qui de caelo quit,* affirmat S. Petrus Chrysologus. *Ut peccatorum, quæ à Clericis committuntur, gravitatem melius, efficaciusque exprimeret.* S. Bernardus, singulari utitur phrasi, *in celam.* quæ speciali reflexione est dignissima. *In Clero (dicit Sanctus Abbas) tanquam in caelo geres iniqua. Sacerdos peccat in celo.*

conspectu Dei, quem omni die manibus  
 suis contrectat, & in praesentia omnium An-  
 gelicorum spirituum pro comitatu supremi  
 sui Ducis agminatim indies de caelo descen-  
 dunt: Jam verò, quemadmodum peccatum  
 Angelorum fuit inexpiabile, illosque tam  
 feda metamorphosi in teterrimos trans-  
 formaverit Dæmones; ita sæpius Divina  
 permittit justitia, sacerdotes indignos reddi  
 suâ misericordiâ, obstinatè persistendo in  
 sua mala ac scandalosa vita. *Grandis digni-  
 tas sacerdotum sed grandis ruina illorum, si pec-  
 cant,* inquit S. Hieronymus, *lib. 18. in cap. 44.*  
*Ezech. 10.* aliterque eidem consentit S. Isido-  
 rus *lib. 2. Ep. 37. unusquisque casus, tantò ma-  
 joris est criminis, quantò prius quam caderet,  
 majoris erat virtutis.*

Quo major est dignitas, altiorque locus,  
 quem in Ecclesia Dei tenemus, prout in di-  
 versis primi libri locis demonstratum est,  
 hinc necessario sequitur lapsum nostrum val-  
 de esse periculosum, ac difficillimè repara-  
 bilem: *Ut levius est de plano corruere, sic gra-  
 vius est, qui de sublimi ceciderit dignitate,  
 quia ruina qua de alto est, graviori casu colli-  
 ditur,* scribi pro nostra instructione S. Am-  
 brosius agens de dignitate sacerdotali *cap. 3.*  
 Horum ratio desumi potest ex apposita qua-  
 dam,

dam, valdeque apta similitudine, quam adferre  
 B. Petrus Damianus, l. 4. Ep. 14. in hunc mo-  
 dum: sæpius contingit Magni alicujus Principis  
 ministri, aut per mandati sibi dati trans-  
 gressionem, aut per ea quæ sui erant officii  
 neglectum, aut etiam per sui Principalis ob-  
 litam non observatam reverentiam, magnam  
 ejusdem incurrerit disgratiam, condignam  
 meritis sit pœnam, nihilominus tamen  
 huc superat locus veniæ: at vero si hic  
 stricto gladio ipsiusmet Principis invadit  
 personam, ac interficere tentaret, quomodo  
 modo talis prioris delicti sperare audeat  
 remissionem? *Si in ejus personam audaciter  
 profilit, si hostiliter irruit, quia non pecunia  
 sed criminalis est causa, nihil ab eo  
 speratur, quam vindicta: ita nimirum  
 est in DEUM per diversos modos humanæ  
 dignitatis excedere, aliud in sacrosancti  
 corporis & sanguinis ejus oblationem peccare  
 sicut aliud est promulgata regia legis  
 præcepta negligere, aliud ipsum specialiter  
 gem vibrato propria manus jaculo sa-  
 crilegi.* Aliud est offendere Deum, per creaturæ  
 abusum aut disordinationem, in transgre-  
 sione divinatorum suorum mandatorum, aliud  
 est manus suas polluere immaculati sanguinis  
 agni, corporis ejus quem indies tractamus.

sumimus : Reus erit corporis & sanguinis Do-  
mini, dicit apertè de Sacerdote sacrilego  
Spiritus sanctus , per calamum sancti Pauli  
Apostoli ; Et S. Gregorius , citatus à Ble-  
lense, Ep. 135. ultrò huc subscribit, dum di-  
cit : *Qui Christi corpus indignè conficit, Chri-  
stum tradit , ut Christus cum traditur dicat ;  
ecce manus tradentis me , mecum est in mensa.*  
Qua excusatione eximet te à pœna aliquis ,  
qui sub ipsius aspectu, oculisque iudicis, gra-  
vissimum audet designare delictum ? Despe-  
ratus incurrit, qui in ipsius Dominantis oculis  
offendit, & excusatione caret , qui facinus ipso  
iudice teste committit, dicit S. Petrus Chryto-  
logus *ibid.* in quodam sermone. Sed quid dice-  
mus, si idem ille ausu temerario manus mittat  
in ipsum iudicem ? Atque hoc ipsum est,  
quod faciunt Sacerdotes sacrilegi. *Dispensator*  
*divini verbi, & cœlestis doctrina prerogator, qui*  
*ante Dominum stat jugiter , versatur inter al-*  
*taria semper , neque à Dei oculis recedit un-*  
*quam , qui peccatorum causas , & dolo-*  
*res populorum suscipit , fert , offert , in-*  
*gerit preces , accipit , refert , restitui im-*  
*petrata , ex homine totus in Angelum sub-*  
*stitutus , non potest nisi in ipsa DEI fa-*  
*cte , inter Sanctorum sancta peccare , ut*  
*inde sibi sumat crimen , unde aliis ve-*

Handwritten notes in the right margin, including the word "castig" and other illegible scribbles.





niam consueverat reportare. Potestne  
 jor esse impudentia, quam comparari  
 coram tali Deo, qui tangit montes, & trem-  
 migant, & respicit terram, & facit eam tremere  
 in statu peccati mortalis, quo ipsum vilipe-  
 dendo offendimus, & non perhorrescere  
 timere justissimam fulminis ipsius iram? U-  
 ceat mihi hinc proferre ea, quæ in hunc finem  
 scripsit S. Paulus: Hebr. 6. *Impossibile est  
 qui semel illuminati sunt, gustaverunt etiam  
 num cæleste, & participes facti sunt spiritus  
 Eli, gustaverunt nihilominus bonum Dei  
 bum, virtutesque sæculi venturi, & proli-  
 sunt, rursum renovari ad pœnitentiam.* Quo-  
 tidiana docet experientia facilius emenda-  
 sæculares, eo quod per fragilitatem solemus  
 peccare, ac tenebris obscuratum habeant in-  
 tellectum, cujus contrarium reperitur in Ec-  
 clesiasticis, qui cum sufficienti prædicatione  
 doctrina, ex malitia peccant, estque hæc me-  
 ac sententia Authoris operis imperfecti, Hebr.  
 41. quam hoc modo declarat: *Laici delin-  
 quentes facile emendantur, clerici autem  
 mali fuerint, inemendabiles sunt.*

Tam verum est Ecclesiasticorum peccata  
 multo esse majora, magisque abominanda,  
 ac secum habere adjunctam specialem ab-  
 quam malitiæ qualitatem, præ delictis sæcu-  
 larium.

larium, ut in iustissima divina trutina, unicum illorum gravius sit, ac præponderet cunctis delictis totius populi. Præcepit Deus in antiqua lege, ut pro reatibus suis propriis, ac transgressionibus, offerret Sacerdos unum vitulum, similiter quoque mandavit, ut pro totius delictis populi, vitulus unicus offerretur: *Levit. 4.* Inde colligitur, quod peccatum sacerdotis, totius multitudinis peccato exequatur, quia sacerdos in suo peccato totam facit delinquere multitudinem, scripsit Innocentius Tertius, *Ser. de coniec. Pontif.* idemque authentizatur, ac confirmatur gravissimo testimonio S. Isidori Pelusiotæ: *Lib. 2. Ep. 131.* *Tantum pro Sacerdote peccante sacrificia offerri præcepit, quantum pro universa plebe; quod si par non esset peccatum, idem utrique sacrificium non indixisset; majus porro peccatum efficitur non ob reatum, sed ob perpetrantis dignitatem.*

Verum, ut melius ponderetur nostrorum gravitas delictorum, revocemus in memoriam verba illa, quæ propriè nobis dicta sunt, ac nos concernunt; *Fidelis servus ac prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Si aliquis Paterfamilias pro tempore aliquo curam domus suæ demandasset servo cuidam provectæ ætatis,

tatis, habitoque pro fidei, prudente ac  
 morato: Quod si interim putatius pro  
 bus hic dissipasset rem Domini sui, un-  
 rem ipsius violenter corrupisset, filias  
 florasset, sicarios stipendio conduxisset  
 subornasset, ut ipsummet interficerent  
 quam pœnam, quod supplicium iudicabim  
 fuisse pro merito tam desperatum, per  
 dum scelestumque hominem? Sacerd-  
 bus, tanquam servis fidelibus, Christi  
 suam fidei, commisitque Ecclesiam, *Quod  
 acquisivit sanguine suo, non habentem maculam  
 neque rugam: Ephes. 5. v. 27.* tradidit custodiam  
 nostræ animas, fidei suas, quas toto  
 profuso redemit cruore, & quod am-  
 est ipsis manibus nostris, consignavit  
 ipsum; Jam verò, an non iustissime  
 terna sumus digni morte, dum scelesti  
 nostris, ac infami vita sanctam ipsius pro-  
 stituimus Ecclesiam, ac in vilipendium  
 ducimus, fideles animas inficimus, &  
 que ipsiusmet sacratissimum conculcavit  
 corpus? *Rursum crucifigentes filium  
 Hebr. 6. v. 6.* Attendite memorabilem  
 cti Joannis Chrysoستي propofitionem  
*Hom. 83. in Matth. Dico horribile quoddam  
 atque tremendum, nec est ita malum  
 Ecclesia DEI esse Dæmoniacos, sicut per-*

catores qui peccatorum sordibus coinguiantur ; hoc enim pessimum est , sicut ait Paulus : Christum conculcare , ac sanguinem ejus pollutum ducere , & spiritui gratiae contumeliam facere. Quem sanguinem, quem gratiae spiritum lasciviis suis , suis sacrilegiis conculcant perversi sacerdotes ? Auseultate quam lamentabiliter ipse Dominus noster illud referat ac exponat sanctae Brigittae : Lib. 4. cap. 135. Ego conspicio Paganos & Judaeos , sed nullos video eis deteriores , quia ipsi Sacerdotes sunt in eodem peccato quo cecidit Lucifer &c. & alibi dicit : Deteriores sunt Diabolo , & ideo pra omnibus Diabolis profundius submergentur in infernum. Nec praeterire possum id , quod de perversis sacerdotibus in epistola consignavit Eusebius , qua sanctum Damasum Papam informavit de morte Sancti Hieronymi : Nulla certe in mundo tam crudelis bestia , quam malus sacerdos , nam corrigi non patitur , ut breviter dicam , omnes praeminet malitia. Videmus hoc in causa ipsiusmet CHRISTI , siquidem nec Herodes , nec Pilatus , licet crudeles essent , ac sacrilegi , ausi non fuerunt in innocentem Christum Dominum mortis ferre sententiam , prout

EV. HSI

R. T. 135

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

in inferno

prout fecerunt Sacerdotes in suo congressu  
 to conciliabulo, dum resolverunt: *Ioan. 11.*  
*Quid facimus, quia hic homo multa signa*  
*cit? Expedi ut moriatur, & Pilatus, ex*  
 lorum instigatione, ipsum Cruci affixit.  
 Sed, qualis erat illa consequentia, quod  
 multa facit miracula, quia beneficus est  
 omnibus, quia colit, ac veneratur eum  
 mundus, quia omnibus omnia factus  
 ergo debet mori, *Expedi ut moriatur.*  
 hoc est unum argumentum Divinitatis  
 nec ego ad illud aliter respondere  
 sum, quam iterum repetendo illud,  
 jam relatum est: *Nulla in mundo tam*  
*bestia, quam malus Sacerdos.* Sola  
 potentis Dei manus prævalet ad frænandum  
 hujuscemodi bestiam. Bene notanda  
 phrasis illa, quæ utitur David, ut ad  
 etiam excitet divinam justitiam: *Levavi*  
*oculos in superbias eorum in finem, quanta*  
*ignatus est inimicus in sancto. Ps. 73.*  
 illæ severissimæ Ægypti plagæ, à Mazaræ  
 pellatæ fuerunt digitus Dei: *Digitus Dei*  
*hic.* Duo solum in pariete apparentes  
 in summa hilaritate, ac gaudio, totaliter  
 sternerant, maximoque affecerunt  
 Balhasarem Regem Babylonie, ita ut  
 genua ejus ad se invicem colliderentur.